



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XIV. Congregatio Canonicorum S. Gregorij in Alga, apud Venetos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

nia ac Belgio enatas monasteria amifit, quibus asterifcum, fiue crucis notam, fuprà in Catalogo præfiximus.

CAPVT XIV.

CONGREGATIO CANONICORVM
S. Gregorij in Alga, apud Venetos.

1407. **O**NVFRIVS Panuinius in Chronico fuo Ecclefiaftico, tradit ordinem Canonicorum fæcularium *S. Georgij in Alga* Venetijs anno M. CCCC. IV. à *B. Laurentio Iuftiniano* Patriarcha Veneto institutum effe. Alfonsus Ciaconius in vita Eugenij IV. narrat, primos huic familiæ nomen dediffe Antonium Corrarium, Gregorij XII. nepotem, & Gabrielem Gondelmerium, qui pòft Eugenius IV. Papa fuit. Paulus Morifus in hiftoria fua monaftica, lib. I. c. 44. adferit iftam *S. Georgij* congregationem primùm inchoatam effe à dicto *Antonio Corrario*, poftèa verò fic auctà atq; illuftratà à *S. Laurentio Iuftiniano*, vt illius quodãmodo fundator habeatur; non fecus ac *S. Bernardus Ciftertiensis* instituti pater ferè haberi folet, quod tamen à *S. Roberto Molifmenfi Abbate* fcimus inchoatū. Probat hãc fuam fententiam Morifus ex infcriptione tumuli eiufdẽ *Corrarij*, quæ in dicta *S. Georgij* bafilica legitur: *Sepulcrum piffimi Patris Domini Antonij Corrarj, beatæ memoriæ, Epifcopi Oſtiëfis,*

sis, Cardinalis Boloniensis, Fundatoris huius Congregationis. Qui obiit anno à natiuitate Domini 1445. die 19. Ianuarij. Orate pro eo semper. 1445.

Cæterùm non pauci Congregationem hâc collocant inter eas, quæ sub S. Augustini regula militant. Ex Onufrio certè & Moriso constat eos olim fuisse Canonicos sæculares, nec eos solennem emittere solitos professionem ante annum Christi M. D. LXX. quo 1570. eam Pius V. Papa ipsis præscripsit.

CAPVT XV.

CONGREGATIO CANONICORVM

Scopetinorum, aliàs S. Saluatoris

Bononiensis.

ANNO 1408. Congregatio Canonicorũ 1480.
regularium S. Saluatoris Bononiensis, aliàs Scopetinorum, per *Stephanum Senensem* ordinis Eremitarum S. Augustini à Gregorio XII. Pontif. instituitur. Sic Onuphrius in Chronico, de huius Congregationis initijs ac progressu, deque vniuerso ordine ac statu canonico. Ioannes Baptista Signius, Bononiensis Canonicus regularis S. Saluatoris libros tres conscripsit, Bononiæ anno 1601. editos. Vitam religiosam agebat Stephanus iste cum sodalibus aliquot, haud longè à Senis in silua Ilicitana: Sanctitatis eius famâ comotus Gregorius XII. Pont. ipsum Lucam (qua in vrbe